BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
70
2 F
65

BLEE004441

70. 3. A. 110

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
70
3 A
110

Copinger 3271
Reichling II, 197
IGI 5163 rettifica sec XVI°
sec XVI°
[H. Silber, c. 1510]
[Roma, tip. ign., dopo il
1500]

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
70
2 F
65

¶ Bulla Innocentii pape .viij. reuocationis ꝛ reductionis facultatũ reſignandi beneficia ꝛc.

Innocẽtius Ep̃s ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad perpetuã rei memoriã. Sicut bonus paſtor ſup familiam domus ſue ſolerter inuigilãs ſic prouidere ſicq ꝫ diligẽter debet attendere ꝙ inordinata ꝛ inde polita ſi qua inuenerit in eadẽ ſubmota difficultate reducat pariter ꝛ reformet: ꝛ ſic nõnunꝗ decet ꝛ expedit Ro. Ponti. icem in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit ꝛ cuius in factis per eũ circa beneficia eccleſiaſtica gratijs a deo eſt ſeruãdus intẽtionis affectus vt in contrariũ acta nullius exiſtant firmitatis: ne bñficia hmõi ab ſq ꝫ canonico titulo detineri contingat: circa gratias ipſas pro ſue circumſpectionis ſolertia vottiue declaratiõis modificationis ꝛ reuocatiõis adhibere remediũ: ꝛ prout expedire cognoſcit deſup ſalubriter ꝓuidere. Sane ſicut accepimus nõnulli obtẽta per eos a ſede apoſtolica licentia reſignãdi beneficia eccleſiaſtica per eos pro tẽpore obtenta extra Ro. cu. in ordinarioꝝ locoꝝ aut in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutaꝝ perſonaꝝ ſeu cathedraliũ eccleſiaꝝ canonicoꝝ per eos eligẽdoꝝ manibus ſimpliciter vel ex cauſa permutationis: ac eiſdẽ ordinarijs pſonis ꝛ canonicis reſignationes ipſas ab eis ꝛ perſonis cõpermutantibus ſeu ſimpliciter reſignare volentibus extra dictam curiã recipiendi ꝛ admittẽdi: ac reſignata beneficia per cõpermutantes ſeu ſimpliciter reſignantes ipſis licentiã hñtibus ꝛ per eos ex dicta cauſa compermutantibus hmõi: ſimpliciter vero idoneis pſonis cõferendi ɔceſſa facultate abutẽtes nõnunꝗ licentie ꝛ facultatꝭ hmõi pretextu extra ꝛ prope vrbem vel aliũ locum in quo Ro. curiã reſidere contingit: reſignationes bñficioꝝ eccĩaſticoꝝ que obtinẽnt ſimpliciter vel ex dicta cauſa ꝓ alijs bñficijs eccleſiaſticis in manibus perſonaꝝ in prelaturis ꝛ eccĩaſticis dignitatibus ɔſtitutaꝝ aut canonicatus ꝛ prebendas in cathedralibus eccleſijs obtinentiũ in dicta curia reſidentiũ ad id extra muros

A. 303

BIBLIOTECA N. 
ROMA
VITTORIO EMANUELE

vrbis ⁊ loci hmõi propterea ſtudioſe vacrarſi ſaciſt: ⁊ ab illis de ſic reſignatis beneficijs ex dicta cauſa eis ⁊ cōpermutātibus ⁊ ſimpliciter pſonis alijs reſpectiue prouiſiones fieri procurant. Quādoqꝫ vero ex volentibus ſua beneficia eccleſiaſtica reſignare ad finē vt de illis perſone eis grate prouideatur: vel duobus inuicem permutare volentibus complaceant: ⁊ faciant qꝫ illi mediantibus hmōi licentiis ⁊ facultatibus quod querūt obtineant indirecte: tam prope locum dicte curie: qꝫ extra in partibus in quibus degunt: fingunt ſe aliqua perſepe tenuiſſime ⁊ etiam ficta beneficia eccleſiaſtica ⁊ que nōnunqꝫ tales perſone eis conferre procurant ad effectum hmōi ex cauſa permutationis cum eiſdem perſonis pro illis beneficijs que perſone ille volunt ad alios peruenire reſignare virtute licētie ⁊ facultatum eorundem ⁊ ſic de his que ipſi habētes licentiaꝫ huiuſmodi reſignant beneficiis ex dictis cauſis perſonis illis quoꝝ opera nōnunqꝫ vt prefertur ea habuerunt ⁊ quibus cōplacere ſtudent de alijs beneficijs que ſic fraudulenter cōpermutantes ipſi reſignant vt tandem ad alios perueniant ipſis licentiam ⁊ facultatem hmōi habentibus prouidetur; factaqꝫ ſic hincinde prouiſione predicta collata eiſdem licentiam habentibus beneficia in permutatione huiuſmodi interdum illico illorum poſſeſſione non habita; ⁊ nonnunqꝫ putantes cautius agere infra paucos dies habita vel non habita poſſeſſione huiuſmodi in his in quibus ex dicta cauſa permutationem fecerunt; vel alterius perſone manibus ſimpliciter reſignant vt de illis prouideatur perſonis illis quibus prouideri intendebant illi qui ex dicta cauſa illa prius reſignauerant vt prefertur: vel illa ex cauſa permutationis cum illo cum quo compermutans primo permutare intendebat reſignant pro beneficio quod primo permutans affectabat habere; ⁊ cōpleta permutatione ſecunda per quam primi permutantis beneficiū in illum cum quo permutare volebat peruenit de nouo poſſeſſiōe etiam nō habita collatam ipſi facultatem habenti in ſecunda permu-

tatione beneficium ex cauſa permutationis cum primo permu
tante pro illo quod ipſemet facultatem habens in prima ꝑmu
tatione reſignauerat beneficio primo permutāti collato reſig
nat: ⁊ ſic in huiuſmodi tertio loco facta ꝑmutatione quod pri
mo dimiſerant proprium beneficiū recuperāt: ⁊ illi primo com
permutanti cuius beneficium per eum dimiſſum in prima per
mutatione peruenerat ad ſecundo permutantem in ſecūda per
mutatione confertur in hmōi tertia ꝑmutatione dimiſſum per
dictum ſecundo permutantē beneficiū in ſecūda permutatiōe:
⁊ ſic de quoꝝ nullus licentiā obtinet permutandi propria be
neficia per hmōi tres permutationes ⁊ earum circuitū ſucceſſi
ue factū modo predicto inuicem permutant pretextu licētie ⁊
facultatis predicte; ⁊ quod deterius eſt pro earundē facultatū
vſu modo predicto illas habentes premia exigūt nōnunꝗ ab
eiſdē in quoꝝ fauores illis vtuntur; alieqꝫ diuerſe fraudes cō
mittuntur in animaꝝ periculum ⁊ apoſtolice auctoritatis con
temptū ac ſcandalū plurimoꝝ. Quidā vero licentijs ⁊ faculta
tibus hmōi quoad bñficia que obtinēt diſpoſitioni apo. gene
raliter reſeruata nō contenti vt plenius aliis valeant inſeruire:
lrãs licentie ⁊ facultatis hmōi cū clauſula etiā ſi cōpermutan
tiū ſeu ſimpliciter in coꝝ fauorē reſignantiū bñficia eccliaſtica
diſpoſitioni apo. gñaliter reſeruata exiſtant a ſede p̄fata obtine
re hactenus ꝓcurarūt ⁊ ꝓcurāt indies. ⁊ quanꝗ illi in quoꝝ
manibus ſimplr reſignarunt bñficia hmōi dictaꝝ facultatū pre
textu iuxta lraꝝ deſup cōfectaꝝ teneant ⁊ debeāt de noibus ⁊
cognoibus bñficioꝝ ſic reſignatoꝝ ⁊ pſonaꝝ qbus illa ꝯtulerit
ac diebus collationū eorundē gētes camere apo. aut collecto
rē vl ſubcollectorē fructuū ⁊ ꝓuentuū eiuſdē camere debitoꝝ
in ꝑtibus illis certificare: tñ id facere perſepe omittūt in eiuſdē
camere non modicū preiuditiū ⁊ grauamen. Nos igitur hmōi
fraudibus ⁊ abuſionibus obuiare volentes hac imꝑpetuū va
litura conſtitutiōe ſtatuimus ⁊ ordinamus pretextu licentiarū
⁊ facultatum hmōi per nos hactenus ⁊ ſedem predictā conce

ſtarū ⁊ quas cōcedi cōtinget impoſterū nil valide decetero fie
ri poſſe in aliquo loco ab eo in quo nos ⁊ pro tēpore exiſtem
Ro. pontificem curiam ſuam tenere contigerit loco per duas
dietas legales nō diſtant: ⁊ eas reſignationes licentiarꝫ hmōi
vigore extra dictam curiam per duas dietas hmōi fieri cenſeri
que dūtaxat in locis ab eadē diſtātibus ad minus ꝑ duas die-
tas hmōi fieri continget: ⁊ non illas que in locis minus diſtan
tibus fierent in futurum. Ita q̄ nullus hmōi licētiis ⁊ faculta-
tibus conceſſis ⁊ concedendis a nobis ⁊ ſede p̄dicta quicunq
impoſterū vllatenus vti valeat: niſi dū ⁊ quando bñficia eccle
ſiaſtica que obtinet ſimpliciter vel ex cauſa ꝑmutationis vere
⁊ non ad alioꝝ cōmodum ficte reſignare intendit: contrafacien
tes vero tā infra duas dietas ab vrbe etiā vere q̄ extra illas fi
cte ⁊ in fraudē reſignātes: ⁊ perſone reſignatiōes hmōi reci-
pientes ⁊ admittentes ac notarii inde rogati ⁊ teſtes interue-
niētes eiſdē fictionis ⁊ fraudis non ignari: ſi epi ⁊ ſuperiores
interdictū ingreſſus eccleſie: ſi vero alii ab eiſdē fuerint excōis
ſniam eo ipſo incurrant. Decernentes per reſignationes ipſas
quas ſic contra ſtatutū ⁊ ordinationem hmōi fieri contingeret
in reſignātiū penā bñficia reſignata vacare: collatiōes vero que
fient de eiſdem pretextu facultatū predictarū nullius eſſe robo
ris vel momēti ⁊ haberi debere prorſus pro infectis. Et preſu
mantur reſignationes hmōi ficte ⁊ nō vere fieri ꝑ illi qui hmōi
facultates habent ⁊ perſone cum permutātes cū eis ſeu ſimpli
citer in eoꝝ fauorē reſignātes reſignata per eos beneficia per
quatuor menſes ante reſignationes ipſas pacifice non poſſede
rint: vel ſi ipſi reſignātes infra menſem poſt reſignatiōes ipſas
morte preuenti fuerint: ſi tamen tempore reſignationū ſeu per
mutationum eorundem infirmi erant ea infirmitate de qua de
ceſſerint. Reuocamus quoq ōēs ⁊ ſingulas licētias ⁊ faculta
tes hmōi obtentas a nobis ⁊ ſede predicta ad beneficia com-
permutantiū ſeu ſimpliciter in fauorē h̄ntium facultates hmōi
reſignantiū diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſeruata vel ex

generali reſeruatióe affecta: ⁊ quoad illa nolumus eas decete
ro cuiq̄ꝫ ſuffragari. Et ſi forſan in futurū ſic cōcederentur quo
ad compermutantiū ſeu ſimpliciter in fauorem huiuſmodi fa
cultates impetrantium reſignantiū beneficia reſeruata vel affe
cta nullius eſſe roboris vel momenti. Et ſi licentiarum huiuſ
modi vigore tam ex dicta cauſa q̄ꝫ ſimpliciter reſignātes bene
ficia eccleſiaſtica quecunq̄ꝫ ⁊ qualiacunq̄ꝫ cū cura ⁊ ſine cura
quorum fructus redditus ⁊ prouentus viginti quatuor floreno
rum de camera ſe. co. ex. va. an. excederēt; etiam ſi ex dicta cau
ſa reſignata forent; inequales tamē illorum fructus redditus ⁊
prouentus huiuſmodi exiſterent; vel recipientes ⁊ admittētes
reſignatiōes ipſas gentes camere apoſtolice prefate aut colle
ctores vel ſubcollectorē predictos de diebus collationū quas
fecerunt ac de nominibus ⁊ cognominibus beneficiorum ⁊ perſona
rum quibus illa contulerint ſimpliciter vel inequalitate fructuū
reddituum ⁊ prouentuū ſubſiſtente etiam ex dicta cauſa q̄ꝫuis
inequalitatis predicta ad dictam ſummam viginti quatuor libra
rum non aſcenderet non certificauerint infra vnium; ſi citra in
fra tres menſes a die collationum eorundē. Si vltra mēſes re
ſignationes ipſas fieri contingent beneficia ipſa ſic collata vaca
re cenſeantur eo ipſo ⁊ vt vacantia poſſint libere cōferri. Et ne
vtentes licentiis ⁊ facultatibus huiuſmodi valeant premiſſorum
ignorantiam allegare; volumus huiuſmodi cōſtitutionem no
ſtram in audientia litterarum cōtradictarum publicari ⁊ Can
cellaria apoſtolica deſcribi; ⁊ pſentes in curia extunc abſentes
vero ab eadē poſt duos menſes a die publicationis huiuſmodi
ligari. Et in litteris licentiarum huiuſmodi clauſulam per quā
iniungitur collatoribus onus certificationis predicte: iniunctio
nem ipſam iuxta preſentis cōſtitutionis ſeriem decetero ꝑ eos
qui earū expeditione vacant oportune cum prefixione termini
predicti ⁊ decreto vacationis p̄dicte ſi nō certificent ampliari
non obſtantibus litteris licentiarum huiuſmodi ac aliis conſti
tutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis cōtrariis q̄buſcunq̄ꝫ.

Et ne de premiſſis valeat ignorantia allegari volumus q venerabilis frater noſter Rodericus Epūs Portueñ ſancte Romane eccleſie Vicecancellarius preſentes litteras in quinterno Cancellarie deſcribi: et ſuper premiſſis pro quolibet petente litteras duplicatas de curia per eandem Cancellariam expediri faciat: etiam ſub data tunc currenti valentes: que quo ad hoc ſub ſingulis dat ſub quibus litteras ipſas duplicatas contigerit expediri preſentes littere cenſeantur innouare: et in illis contenta toriens quotiens ſub alia data duplicabūtur ſub illa a nobis emanari. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti: ordinationis: conſtitutionis et voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. etc. Datum Rome apud ſanctū Petrum. Anno Incarnationis dñice. M.cccc.lxxxv. Quinto kalēn Octobris. Anno Octauo.

¶ Lecta et publicata fuit ſupraſcripta bulla ſiue cōſtitutio Rome in Cancellaria aplica. Die Iouis. vi. menſ Octobris. Anno incarnationis dñice. M.cccc.lxxxv. Pontificatus S. in xpo patris et dñi noſtri dñi Innocentij diuina prouidentia Pape Octaui Anno octauo.